



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De perductionibus & librationibus aquarum & instrumentis ad hunc usum.
Caput. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979


LIBER

rum utendo poterit ueri uitam, sine aqua uero, nec corpus animalium, nec ulla tibi uirtus potest nasci, nec ueri, nec parari, quare magna diligentia industria, quae quarendi sunt, et eligendi fontes ad humanam uitae salubritatem.

De aquarum experimentis. Caput. V.

Experimentationes autem et probationes eorum sic sunt prouidenda, Si erunt profluentes et aperti, antequam duci incipiantur, aspiciantur, animoque aduertantur, qua membratura sint quae circa eos fontes habitant homines, Et si erunt corporibus ualentibus, coloribus nitidis, cruribus non uitiosis, non lippis oculis, erunt probatissimi, Item si fons nouus fuerit fossus, et in uas corinthium siue alterius generis, quod erit ex aere bono, ea aqua sparsa, maculam non fecerit, optima erit, Itemque in Aheni si ea aqua defersa facta, et postea requieta et defusa fuerit, neque in eius Aheni fundo arena, aut limus inuenitur, ea aqua erit item probata, Item si legumina in uas cum ea aqua coniecta ad ignem posita, celeriter percocta fuerint indicabunt eam aquam esse bonam et salubrem, Non etiam minus ipsa aqua, quae erit in fonte, si fuerit limpida et perlucida, et quocumque peruenierit, aut perfluxerit, si muscus non nascitur, neque iuncus, neque inquinatus ab aliquo inquinamento is locus fuerit, sed pura habuerit speciem, inuenietur his signis, esse tenuis et in summa salubritate.

De perductionibus et librationibus aquarum, et instrumentis ad hunc usum. Caput. VI.



 Vac de pductionibus ad habitationes moe-
 niarū, ut fieri oporteat explicabo, cuius
 rō est prima perlibratio. Libratur autem
 dioptris, aut libris aquariis, aut chorobate, sed dilī-
 gētius efficitur per chorobatē, q̄ dioptra librāq; fal-
 lunt. Chorobates aut est regula lōga ciriter pedū .xx.
 ea habet ancones in capitibus extremis aq̄li mō pfe-
 ctos, inq; regula capitibus ad normā cognētatos, &
 inter regulā & ancones à cardinibus cōpacta trāsuer-
 saria, quæ habēt lineas ad perpediculū recte descri-
 ptas, pēdētiāq; ex regula ppedicula in singulis p̄tibus
 singula, quæ cū regula fuerit collocata eaq; tāgēt aq̄,
 ac pariter lineas descriptiōis, indicabūt librata colloca-
 tionē. Sin aut uentus interpellauerit, & motiōibus li-
 nea non poterint certam significationem facere, tūc
 habeat in superiore parte canalem longum pedes qu-
 q; latum digitum, altum sesquidigitum, eoq; aqua in-
 fundatur, & si aequaliter aqua, canalis summa labra
 tanget, scietur esse libratum, Ita eo chorobate cū per-
 libratum ita fuerit, scietur quantum habuerit fasti-
 gii, Fortasse qui Archimedis libros legit, dicit nō pos-
 se fieri ueram ex aqua libratiōem, q̄ ei placet aquā
 non esse librata, sed spheroides habere schema, &
 ibi habere centrum, quo loci habet orbis terrarū. Hoc
 autem (siue plana est aqua, seu spheroides) necesse
 est, extrema capita canalis regula pariter sustinere
 aquam, Sin autem proclinatus erit ex una pte, quæ
 erit altior nō hēbit regulae canalis in summis labris
 aquam, Necesse enim est quocunq; aqua sit infusa, in
 medio inflationem curuaturamq; habere, sed capita

LIBER

dextra ac sinistra inter se librata esse, Exemplar au-
tem chorobatis erit in extremo uolumine descriptū,
Et si erit fastigiū magnū, faalior erit decursus aquæ,
Sin autem interualla erunt lacinosā, substructioni-
bus erit succurrendum.

a. choro-
bates.

b. libra
aquaria
c. dioptra



Quot modis ducantur aquæ.

Caput. VII.

Vetus autem aqua fiunt generibus tri-
bus, riuis per canales structiles, aut fistu-
lis plumbeis, seu tubulis fictilibus, quo-
rum ex rationes sunt. Si canalibus, ut structura fiat
solidissima, solumq; riuu libramenta habeat fasti-